Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Pe E

petales iuuè sui ministrare. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterum
illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei Si
quis loquitur quasi sermones dei Si quis ministrat tanquam ex virtute quam
administrat deus ut in omnibus honorificetur deus per iesum xpm cui est gloria
et imperium in secula seculorum Amen Karissimi nolite peregrinari in feruore quod ad tem
tationem vobis fit quasi nouum aliquid vobis contingat. sed communicantes xpi pas
sionibus gaudete ut in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes Si
exprobramini in nomine xpi. beati estis quia quod est honorificum et virtus dei et quod est
eius spiritus super nos requiescat. Nec enim verum putatur quod honorificetur
aut maledicatur a plerique appellatur Si autem ut patimini non erubescat.
glorificet autem deum in isto nomine. Quia tempus est ut incipiat iudicium a do
mo dei Si autem primum a nobis. Qui finis eorum qui non credunt euangelio
Et si iustus vix saluabitur impius et peccator ubi parebunt. Itaque et
hi qui patiuntur secundum voluntatem dei fideli creatori commendant animas suas in bonis factis

Seniores ergo qui in vobis sunt obsecro. V.
Et iustus et senior et testis xpi passionum. qui et eius qui futurus est
reuelandæ gloriæ consortes. pascite qui in vobis est gregem dei
prouidentes non coacte sed spontanee secundum deum neque turpis lucri gratia sed vo
luntarie neque ut dominantes in clero sed forma facti gregis ex animo.
Et cum apparuerit princeps pastorum capietis immarcescibilem gloriæ coronam
Similiter adolescentes subditi estote seniobus. Omnes autem humilitate in
uicem quia deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Humilia
mini igitur sub potenti manu dei ut nos exaltet in tempore visitationis
eius omnem solicitudinem vestram iacientes in eum quoniam ipse est cura de nobis. So
brii estote et vigilate quia aduersarius vester diabolus tanquam leo
rugiens circuit quærens quem deuoret. cui resistite fortes in fide scientes
eandem passionem et qui in mundo est vestre fraternitati fieri Deus
autem gratiæ. qui vocauit nos in eternum suam gloriam in xpo iesu modicum
passos. ipse perficiet confirmet solidabit et ipsi gloria et imperium
in secula seculorum Amen Per Siluanum fidelem vobis ut
arbitror breuiter scripsi obsecrans et contestans hanc esse veram gratiam
dei in qua statis Salutat vos ecclesia quæ est in Babilone electa. et
Marcus filius meus. Salutate inuicem in osculo sancto. Pax vobis omni
bus qui estis in xpo iesu amen. Explicit prima canonica beati petri apostoli epistola.

Incipit ii canonica b pet